iudaeos ieiunium scenophegię celebrant. & inuentum est ipsa
die octaua kalendarum octobrium esse equinoccium. In qua est
inchoacio noctis maior quam lucis. Illum enim oportet crescere
inquid me autem minui. Minorata & enim fuerat lux a tenebris. Cū
iudaei secundum legem & prophetam sacrificia dō offerebant.
In qua & iohannes conceptus est. haec enim quae ante pro peccatis
populi offerebantur. quae iam cessare oportebat. Cum iohannes id est
baptista conciperetur. & ideo zacharias pater eius sacerdos iuda
eoru(m) emutuit. quia iam cessare & comutescere oportebat sacrificia
eorum quae pro peccatis populi offerebantur. Ueniebat enim sacer
dos solus. qui de agno suo proprio immolato sacrificium dō. propec
catis omnibus offerret. Quibus beati iohannis uerbis edocemur
Prima mox die post diem expiationis mutationem. Tunc sacerdotalis
uices esse celebratū. Ideoque in hac percursione dnī conceptione fieri.
Quae non frustra die ieiuniorum & afflictionis est ab angelo pdicta. quia
per ipsum erat hominibus afflictio penitentiae pdicanda.

ET OCCULTABAT SE MENSIB; QUIN[illegible] MIHI FEC
IN DIEB; QUIB; RESPEXIT AUFERRE [illegible] HOMINES

Quanta sit cura sit ne quid turpe de quo rubescere debeant admittunt.
Ostendit elisabeth quae & dei pstis quo accipere cupiebat donis erubes
cit. & licet de ablato gaudeat obprobrio sterilitatis. de partu tamen
anilis uerecundatur aetatis. Sed pudet annos matris quamdu
latet honor prolis. Namque occultabat se quia conceperat filium.
Iam intrante beata dī genetrice clamosa. exultauit quia paritura
erat prophetā. Allegoricę autē p zachariam sacerdotium iudaeo
rum. per elisabeth potest lex ipsa designari quae sacerdotum doc
trinis exercita. quasi auxilio uirili fulta spiritualiter dō filios gigne
re debebat. Sed quasi ob sterilitatis iniuriam minime ualebat.
Non quia non multi & ante legem & in lege perfectissime
uitae fuerint. Sed quia neminem ad perfectum adduxit.

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Paris, BNF, Baluze 270, f. 124-131 + Paris, BNF, lat. 5288, f. 34-41, ParisBNFBaluze270_272_f128v – Bede's commentary on Luke (https://fragmentarium.ms/view/page/F-s74n/437/6538)